

In: 4848
c. 2

D. A.

PRODRÖMUS
FLORÆ
DIANICÆ,
SUFFRAG. EXPERIENS. FACULT. MEDIC.
IN REGIA ACADEMIA UPSALIENSI,
PRÆSIDE,
VIRO NOBILISSIMO AC CELEBERRIMO,
Dn. Doct. CAROLO
LINNÆO,

EQUITATE STELLA POLARI,
SÆ RÆ M:TIS ARCHIATRO,
MED. ET BOT. PROFESSORE REG. ET ORD.
ACAD. UPS. HOLMIENS. PETROPOL. BEROL. IMPERIAL.
LONDIN. MONSPEL. TOLOS. FLORENT. SOCIO.
PRO SUMMIS IN ARTE APOLLINEA HONORIBUS,
MORE MAJORUM LEGITIME OBTINENDIS,
PUBLICÆ CENSURÆ SISTIT

GEORGIUS TYCHO HOLM,
FYONIA-DANUS.
IN AUDITORIO CAROL. MAJ. D. II. JUN.
ANNI MDCCCLVII.
H. A. & P. M. C.

UPSALIÆ. Excid. L. M. HØJER, Reg. Acad. Typogr.

VIRIS

ILLUSTRISSIMO ATQUE CONSULTISSIMO

D:NO HENRICO
DE STAMPE,

SÆ R:Æ M:TIS DAN. CONSILIARIO STATUS
NEC NON GENERALI CAUSS. PROCURATORI VIGI-
LANTISSIMO.

UTRIUSQUE JURIS DOCTORI AC PROFESSORI
IN ACADEM. HAEN. LONGE MERITISSIMO;
REGIÆ SOCIETATIS SCIENTIARUM MEMBRO
MAXIME INCLYTO; &c.

Ut FAUTORIBUS, PATRONIS Propensissimis,
tissimis, ita indecessa animi ve

O b innumera, mihi praefita, Favoris
mentem palam testificandi ergo, qua
nnigena Felicitatis adprecatione, summa animi

TANTORUM

GEORGII TICHO HOLMI

cultor ac cliens

AU

CELEBERRIMIS,

PERILLUSTRI EXPERIENTISSIMOQUE

D: NO B. JOHANNI DE BUCHWALD,

S:Æ R:Æ M:TIS DAN. CONSILIARIO JUSTITIÆ;
MEDICINÆ DOCTORI ET PROFESSORI IN ALMA
UNIVERSIT. HAFN. DIGNISSIMO;
COLLEGII AC FACULTATIS MEDIC. DECANO
ET SENIORI GRAVISSIMO;
REGIÆ SOCIETATIS SCIENTIARUM MEMBRO
SPECTABILI; &c.

meorumque studiorum PROMOTORIBUS Exopta-
neratione æternum colendis,

atque Benevolentia Documenta, gratissimam
lescunque hasce Pagellas, cum ardentissima o-
bservantia sacras esse & volui & debui,

NOMINUM

humillimus,
CTOR.



I. N. D.

Scientiarum æque ac omnium in natura rerum variam esse vicissitudinem, per plures seculorum lapsus ad nostra decurrente tempora, nisi meridie cæcutientes, haud ægre videbimus; Ex altera enim in alteram demigrando regionem, non sedem modo semel atque iterum mutarunt, verum etiam aliam atque aliam lubinde formam induerunt & speciem, quæ diversis seculis diversis scientiis largiorem parcioremve conciliavit cultum ac honorem; Hinc fit, ut, quæ olim maximo in honore habitæ fuere, haud raro nostra ætate neglectæ abjectæque fere fordeant.

In physicis præsertim scientiis, *Mathesi*, nimirum, *Oeconomia*, *Rerum naturalium poritia*, & *Medicina* desudare atque elaborare cumulatiore eruditione ornata hujus, quod terimus, ævi ingenia, nos certiores faciunt hodierna plurimarum Gentium Diaria & *Acta Litteraria*; Majorum quippe experimentis minus contenti adcuratam magis scientiis perpolendis, novisque veritatibus locupletandis, operam in dies impendunt.

Verum

Verum enim vero, ut intra Artis Machaoniac terminos, quibus impræsentiarum circumscribimur, subsistamus, è re nostra erit heic animadvertere, quam insatiato ardore, quam incredibili studio gemina artis salutaris fulcra, cognitionem loquor Morbi & Medicamnis, perficiendi stabiliendique flagrent hoc tempore Æsculapii filii; Ad priorem obtainendum finem totam strenue conferunt operam Anatomici, Physiologi, Observatores systematici; Ad posterioris vero complementum unitis quasi viribus conspirant Naturæ consulti, Chemici, Pharmacopolæ: Utrumque par eademque summa commendat utilitas; Alterutro enim destitutus quam pessime claudicat medicinam factitans.

Historia Medica sat luculenter memoriaz prodit, lumen, quo, hoc temporis traetum, clarissimo superbit Plantarum scientia, maximam partem acceptum referendum esse Asclepiadi prosapia, quippe quæ, ut eo melius sui voti compos fieret, mente atque oculis non ad hodie usitatas tantum plantas, sed etiam ad omnes, quoad ejus fieri potuit, totius terrarum orbis species se convertit, ad hoc inducta novis in dies singulos detectis præsentissimis remediis in plantis, ubi nec minima ejusmodi conjectura augurandi spes affulgit. Hoe in causa fuit, quamobrem individuus ac individuus Medicinæ comes à prisca ætate adoptata sit *Botanica*, palmario & tantum non unico plantarum usu ad morborum expiationem restricto.

Longe vero lateque patentiorē heic campum apertiere acutiora currentis seculi lumina, nos con-

vincendo, veram Botanices tractationem multo uberiorum magisque communem orbi fœnerare utilitatem; siquidem totum animantium agmen è regno vegetabili, ad istar cellæ penariæ, suum promit alimentum, solidæque plantarum cognitioni omnis probe adornata inniti debet œconomia privata; Hac ratione inductis, recentiori ævo, cunctis cultioris orbis populis id curæ fuit, ut domesticas patriæ opes sibi quam optime perspectas cognitasque redderent, quo facilius inde deligerent, quæ in re medica, cibaria, vel opificiis ex usu esse queant, ne ab exteris supplicantes emerent, quæ larga manu gratis domi fundit patria. Quo factum est, ut pleraque Europæ regna suis gaudeant pulcre elaboratis *Floris*, quæ incolis indicarent plantarum *Species*, intra patriam sua sponte nascentes, *Loca rariorū natalia, Solum singulis gratum aptumque*; unde insuper haud dubia asseQUI conjectura liceat, quænam cum quæstu in patriam invecta ecelum solumque ferrent peregrina vegetabilia ac læte hic vigerent.

Eorum, quæ hoc passu jam olim tantam sibi prospexerunt necessitatem, nequaquam ultima est dulcissima mea patria centenda, quippe quæ nona ginta abhinc annis, quo tempore primariam in Arte Medica lucem nostris ab oris mutuari necesse habuit modo non omnis Europa, nec incultam omnino reliquit *Botanicam*; Seculum loquor aureum, quo seculorum memoria digni nostrates *Bartholini Medicorum* totius orbis Coryphæi atque principes haud immerito salutabantur; In rerum ad hæc naturalium

scrut-

scrutinio acutissimus naturæ universæ & antiquitatis
 Danicæ Indagator *Ol. Wormius*, in Chemia erudi-
 tione & experientia nulli secundus *Ol. Rorrichius*, in
 Anatomia lynceus *Steno*, in Materia Medica sedulus
Sim. Pauli, in Botanica laboriosissimi *P. Kyllingius* &
Joach. Burserus, faciem præferentes Medicorum fa-
 miliam ducebant; ut temporis & chartæ parcus *Rho-*
dium, *Fuirenos* aliosque haud paucos de Re Medica
 optime meritos patriæ viros silentio præteream. Ex
 quo semel accensa talis Medicinæ lux, licet sit nun-
 quam plane extincta nec tamdiu patriæ subducta,
 quamdiu apud nos inclariere incomparabiles in Sci-
 entia tam Medica quam Botanica Veri Roscii, nostri
Buchwaldi; Nullum tamen ævum tot, quot simul &
 semel proxime exactum seculum, in patria protulit
 eminentissima atque fulgentia orbis medici sidera;
 Scientiæ enim ex toga & lago, ex nutu eorum, qui
 gubernacula imperii tenent, ex Mæcenatum denique
 favore, ac id genus aliis conditionibus nimis quam
 frequentes contrahunt mutationes.

Scientia Botanices hoc temporis tractu spiritum
 pristinosque lares recipere videtur sub felicissimis
 auspiciis, fidere telici nobis nati, *Augustissimi Regis*
Daniæ, *Norvegiae* cet. **FRIDERICI QUINTI**, qui
 eum omnis studiorum utilium generis tum quoque
 hujus augmento nil non impendit vel curæ vel largi-
 sumtus, partim amplissimam intra Metropolis Haf-
 niæ mœnia tedem Floræ assignando, calidioribus at-
 que frigidioribus domiciliis splendide magnificeque
 exornandam, ac omnes, quotquot licet, universi or-
 bis

bis incolas plantas huc convenire jubendo; partim omnes tum Daniæ tum Norvegiæ plantas quam nitidissime ad vivas delineatas ac in æs incisas perfecta illustrandas descriptione curando; Quem in finem Clarissimus D. D. Oederus, perlustratis paulo ante plerisque Daniæ insulis, Norvegiam quarto jam anno invisit; Unde nullus dubito, quin post paucas tempestates ad exoptatum summumque perfectionis fastigium in patria provehatur studium botanicum.

Quod ad istam Botanices particulam, quæ in plantis Daniæ indigenis enumerandis versatur, in contesso est, plurimos non minori felicitate ac assiduitate quondam in hoc decurrisse stadio viros Daniæ inclytos, e quorum cœtu vel solam *Kyllingii*, *Fuirenorum*, *Sim. Pauli*, *Burseri*, *Buchwaldorum* mentionem fecisse sat erit; horum enim omnium nec non plurium aliorum singulis recensendis scriptis, temporis inops, supercedeo, præsertim qvum unus ceteris omnibus plura hac parte præstiterit PETRUS KYLLINGIUS, Botanicus olim Daniæ Regius, qui in VIRIDARIO suo DANICO sive Catalogo trilingui *Latino-Danico-Germanico Plantarum in Dania indigenarum*, Hafniæ forma, quam vocant *in quarto*, anno 1688 edito, 1102 Daniæ plantas perquam studiosissime conquistas, habita ratione seculi, quo vixit, ut qui maxime, accurate exquisitique litteris consignavit, adhibito licet, ob crebrius ejusdem plantæ diversis paginis iteratam mentionem & multorum, letie quadam naturali mutuo se excipientium, generum præter naturam necessitatemque quasi vi divulsum nexum, minus

nus commodo ordine alphabetico; usurpati nominibus frequentissime *Cajp. Bauhini*, è *Pinace* ejus allegatis, rarius aliorum Auctorum, parcissime novis, suo marte cisis; adiectis nonnullis veterum *Synonymis*, *Nominibus Danicis*, nec non *Loci natalibus* ac *Temporibus florendi*.

Quoniam vero, consecuto ævo, *Botanica* novo eodemque haud paullo clariore perfusa lumine, plantæ hac nostra tempestate ad Generum normam & in ordinem redigendæ & genuinis insigniendæ nominibus sunt, observata ubique methodo facillima, ne multas ob synonymias lectori nimis crebro aqua hæreat, *Floram Danicam* novum ac cultiorem induitam habitum in publicum iterum prodire necesse erit, ut, quantum præsens indulget ætas, tantum & facilitatis & perspicuitatis adquirat.

Qvum insuper sagacissima in minutissimis inventigandis enodandisque Vegetabilibus ac Muscis Floræ Mystarum assiduitas magnam & supra quam dici potest frequentem horum copiam nostra memoria palam fecerit, quæ superioris seculi aciem fugiebat, sequitur, ut vel sola hujus rei causa necesse sit iterare plantarum per Daniam investigationem, in locis quoque a Kyllingio determinatis, ut partim certum exploratumque habeamus, utrum plantis indicandis genuina ubique imposuerit nomina, an non; partim extricemus, quænam nonnullis nominibus novis, a se fictis, intellecta & significata voluerit vegetabilia, in Botanicorum monumentis ei haud obviam facta; quod me exsecuturum fore non magis spero, quam spondeo,

deo, si in patriam reduci tandem aliquando in amœnissimo jucundissimoque Chloridos Danicæ sinu ac gremio æstiva consumere otia mihi, tum demum felici, obtingat.

Flora Imperii Danici dupli consideranda venit sensu, altera *generalior* percenset *Vegetabilia Danica* simul & *Norvegica*, quorum hæcce eadem sunt atque *Svecica* & alpina *Lapponiae*; altera vero *Specialior*,

FLORA DANICA magis proprie dicta, in qua exornanda nostra in prælenti opera desudabit, colligit plantas spontaneas Insularum *Daniae* & majorum *Seelandiae*, *Fyoniæ*, *Lalandiae*, *Falstriae*, *Moëne* & minorum adjacentium, nec non *Cimbriæ* totius septentrionalis & vicinoris tractus meridionalis, quæ crebrius *Scanicas* & *Germanicas* parcus autem *Britanicæ* participant plantas, mira ad hæc stirpium marinorum atque maritimorum affluentibus copia.

Hæc ista vero *Dania*, qvum Collibus elatis, Monticulis eretaceis, Pratis depresso, Campis apricis, Sylvis ac Saltibus frondosis, Nemoribus & Lucis umbrosis, Agris Cultisque fertilibus, Arvis requietis, Pascuis atque Ruderatis incultis, Paludibus cæspitosis ac uliginosis, Amnibus Rivulisque intercurrentibus, Stagnis quietis, Fontibus scaturientibus, Maribus alluentibus, multumque ad coeli clementiam ac soli fertilitatem facientibus, Litteribus arenosis, limosis cet. sit instruēta, non potest, quin rite scrutata ac usque omnes perreptata angulos longe ubiorem lætioremque plurimum, quæ Kyllingio se subduxerint, plantarum Mese Floræ nostræ profiteatur

tur atque polliceatur, quod jam dudum de *Kyllingii Viridario* suum proferens judicium divinitus prælagivit, fama super æthera notus, *Ol. Borrichius*. Iis interim in posteriorum curarum numero repositis, hac vice in *Petri Kyllingii*, cuius mentionem antea debito sumus honore prosecuti, Catalogo sive *Viridario* præcipue acquiescere, plantasque ibidem alphabetico, a nobis autem hic systematico ordine secundum *Genera & Classes Systematis sexualis* dispositas percenlere mens est, adhibitis *Nominibus*, ut brevissimis ita huic proposito aptissimis, *trivialibus* vulgo dictis, quæ, hecatombe digna, novissime tecundis avibus invenit & in *Speciebus Plantarum* divulgavit **NOBILISSIMUS PRÆSES**, totius Historiæ naturalis Restaurator ac meus per quinquennium ejusdem Studii Dux, æternum colendus; Appendix loco ad calcem seorsum positis *Plantis dubiis*, quas forte extra omnem dubitationis aleam ponet futura ætas.

Prolixas nominum *Kyllingii* allegationes in brevissimo hocce compendio evitaturis Stirpibus, ad unum omnibus, *Viridarii* nominati a capite ad calcem serie haud interrupta numeros adscripsi, quos heic infra singulis proprios adjeci, adeo ut cuilibet, idem in suo *Viridario* imitanti, *Synonyma Kyllingii* primo adspectu se obvia quasi dent.

Plantas vero, queis nulli adhærent numeri, vel e Cl. *Burseri herbario* l. *Horto sicco* depromtas, vel a me ipso in patria lectas, addidi; Prioribus littera (B), posterioribus littera (N) annexa.

Stirpes, quæ in Svedia injusæ non germinant, signo Crucis (†) notavi, ut e Dania, tanquam e vicinitate, si libuerit, facillimo advehentur negotio.

Plantis denique, Pharmacopœorum intrantibus thecas, stellulam (*) praefixi; quas itaque in patria sponteas artem medicam & pharmaceuticam exercentibus vel solæ hæ pagellæ digito quasi monstrabunt, ut hisce recentibus nec ab exteris emitis, vetustate atque situ corruptis, ac debita privatis efficacia, refarciantur Pharmacopolarum pyxides.

Fronte jam nunc serena succinctum huncce Prodromum si excepferis Benevale Lectori, quod etiam atque etiam Te rogatum volo, omnibus magis absolutam numeris posthaec exspectes Floram Danicam, cuius proprietatibus sigillatim exacte adumbrandis, nedum exprimendis, praesentes & Dissertatiunculæ, & temporis & etiam rei familiaris meæ angustiæ non suppetunt.

CLASS. I. MONANDRIA. *Veronica maritima* 1055.

MONOGYNIA. *spicata* 1056.

*Salicornia * europaea* herb. 538.

Hippuris vulgaris 276.

DIGYNIA.

Callitrichæ verna N.

autumnalis N.

Blitum capitatum 96. †.

* *officinalis* 1054.

serpyllifolia 1057.

* *Beccabunga* 57-59.

Anagallis urtica 61.

scutellata 62. 1058.

* *Chamædrys* 1001.

agrestis 34.

arvensis 31.

bederæfolia 30.

triphyllos 32.

peregrina N.

CL. II. DIANDRIA.

MONOGYNIA.

Circæa luteiana 210.

alpina 211.

- Pinguicula vulgaris* 798.
Utricularia vulgaris 670.
*Verbena * officinalis* 1053.
Lycopus europaeus 642.
 DIGYNIA.
Anthoxanthum odoratum 429.
 CL. III. TRIANDRIA.
 MONOGYNIA,
Valeriana dioica 1041.
 * *officinalis* 1040.
Locusta 545.
Iris * *germanica* 526. †.
 * *Pseud-Acorus* 15.
Schoenus mucronatus 455.
Sclerpus palustris 531.
acicularis N.
fluitans 532.
lacustris 529.
maritimus N.
sylvaticus 250. 458.
Eriophorum vaginatum 437.
polystachyon 436.
Nardus stricta 439.
 DIGYNIA.
Phalaris pleoides 431.
arundinacea picta 423. †.
Panicum glaucum 471. †.
Crus galli 470.
Phleum pratense N.
arenarium 433.
nodosum 432. †.
Alopecurus pratensis 434.
geniculatus 427.
Aegopodium Spica venti 419. 422.

- Aira
rubra N.
canina N.
cærulea 435.
aquatica N.
cæpitoſa 422.
canescens 441.
præcox N.
ciliata 476.
nutans 477.
aquatica 425.
trivialis N.
pratensis 421.
annua N.
compressa N.
media 418.
Dactylis glomerata 430.
Cynosurus cristatus 428.
Festuca
paniceus 472.
ovina 440.
decumbens 475.
elatior N.
fluitans 426.
Bromus secalinus 594. 596.
sterilis 307. †.
tectorum 308.
giganteus N.
Avena fatua 101.
pratensis N.
Arundo phragmites 82.
arenaria 415.
epigejos 424.
perenne N.
Lolium temulentum 595. 474.
Elymus arenarius 448. 479.
 Hor-

Hordeum murinum 473.

Triticum repens 416.

TRIGYNIA.

Montia fontana 42.

CL. IV. TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

Dipsacus fullonum 256. t.

pilosus 257. t.

Scabiosa succisa 673 - 678.

* *arvensis* 942. 944 - 947.

columbaria 943.

Sherardia arvensis 916.

Asperula odorata 86.

Galium palustre 381.

uliginosum 382.

saxatile 379.

* *verum* 378.

Mollugo 380. 917. 672?

boreale 918.

Aparine 71. 72.

Plantago major 799. 800:

[*media* 801.

lanceolata 803.

dubia (Lin. Fl. Sv. 132.)

803.

maritima 239. 240.

Coronopus 238. 809.

uniflora B.

Cornus sanguinea 237.

suecica 781. 782.

Alchemilla vulgaris 19.

DIGYNIA.

Aphanes arvensis 949.

Cuscuta europaea 243.

* - - - *epithymum* 244.

TETRAGYNIA.

Ilex Aquifolium 16. t.

Potamogeton natans 831.

perfoliatum 836.

lucens 835.

crispum 837. 844.

compressum 839.

pectinatum 838.

marinum N.

pusillum 842.

Ruppia maritima N.

Sagina procumbens 49.

CL. V. PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

Myosotis scorpioides 266 - 271.

Lappula 249.

Lithospermum officinale 591. 592.

arvense 593.

Anchusa officinalis 123. 124.

angustifolia B. t.

Cynoglossum officinale 247. 248.

Pulmonaria officinalis 854. 855.

angustifolia 856.

Symphytum officinale 225. 226.

Asperugo procumbens 127.

Lycopsis arvensis 125. 126.

Echium vulgare 263 - 265.

Primula veris officinalis 1046.

1049.

- - - *elatior* 1047. 1050.

- - - *acaulis* 1048. t.

fari-

farinosa 1051. 1052.
Menyanthes trifoliata 1013.
Hottonia palustris 663. 664.
Lytimachia vulgaris 620.
thyrsiflora 621.
nemorum 56. f.
** Nummularia* 727.
Anagallis arvensis 55.
Convolvulus arvensis 234. 235.
sepium 232. 233.
Campanula rotundifolia 136-138.
patula 907.
Rapunculus 902. f.
perficiifolia 906.
Trachelinm 139.
glomerata 140.
Cervicaria 141.
thyrsoides 141. f.
Phyteuma spicata 903. f.
Samolus valerandi 60.
Lonicera Periclymenum 780.
alpigena 186. f.
Verbascum Thapsus 1042.
Lychnitis 1043?
**nigrum* 1044. 1045.
Blattaria 114. f.
Datura Stramonium N.
Hyoscyamus niger 509.
Atropa Belladonna 976. f.
Solanum Dulcamara 981. 982.
**nigrum* 975. 977.
Rhamnus catharticus 909.
**Frangula* 27.
Euonymus europaeus 298.

Ribes * *rubrum* 480.
nigrum 481.
Hedera Helix 483 - 485.
Glaux maritima 401.
DIGYNIA.
Asclepias Vineetoxicum 84.
Herniaria glabra 810.
Chenopodium Bonus Henricus 558.
urbicum N.
rubrum 97.
album 92.
viride 93.
hybridum 94.
glaucum N.
**Vulvaria* N.
polyspermum 116.
maritimum 540.
hirsutum 541. f.
Salsola Kali 542.
Tragus B. f.
Ulmus campestris 1092.
Gentiana Pneumonanthe 388.
**Centaurium* 180. 181.
- - - pollicare 182.
Amarella 389. 390.
**campestris* 391.
Eryngium maritimum 294.
campestre 293. f.
Hydrocotyle vulgaris 885.
Sanicula europaea 938.
Bupleurum rotundifolium 779. f.
Tordylium Anthriscus 178.
Caucalis leptophylla 179. f.
Daucus

- Daucus * *Carota* 251. 252.
 Conium *maculatum* 205.
 Selinum *palustre* 74.
 Athamanta *Oreoselinum* 968.
 Heracleum *Sphondylium* 991. 996.
 Ligusticum * *Levisticum* 582. †.
 leoticum 75.
 Angelica * *Archangelica* 63.
 * *sylvestris* 65.
 Sium *latifolium* 971. 973?
 nodiflorum B.
 Sison *inundatum* N.
 Oenanthe *fistulosa* 732.
 crocata 733.
 Phellandrium *aquaticum* 209.
 Cicuta * *virosa* 974.
 Æthusa *Cynapium* 208.
 Scandix *Pecten veneris* 948. †
 * *Cerefolium* 184.
 Anthriscus 718.
 Chærophillum * *sylvestre* 717. 206.
 temulentum 185.
 Imperatoria * *Ostruthium* 525. †
 Pastinaca * *sativa* 772.
 Carum * *Carvi* 177.
 Pimpinella * *Saxifraga* 794. 795.
 797.
 Apium * *graveolens* 73.
 Ægopodium *Podagraria* 64.
- TRIGYNIA.
- Viburnum *Opulus* 937.
 Sambucus * *Ebulus* 262.
 * *nigra* 936.
 Alfine *media* 39. 40.

- TETRAGYNIA.
- Parnassia *palustris* 497.
- PENTAGYNIA.
- Statice *Armeria* 174. 175.
 Limonium 587.
 Linum * *catharticum* 45. 590.
 Radiola 46.
- Drosera * *rotundifolia* 911.
 longifolia N.
- POLYGYNIA.
- Myosurus *minimus* 507.
- CL. VI. HEXANDRIA.
- MONOGYNIA.
- Narcissus *Pseudo-Narcissus* 719. †
 Allium *Scorodoprasum* 22.
 carinatum 21.
 sphaerocephalum 23. †
 vineale 25. †.
 oleraceum N.
 urfinum 24.
- Tulipa † *sylvestris* N.
- Ornithogalum *luteum* 760
 minimum N.
- Anthericum *ramosum* 790.
 officinale 87.
- Asparagus * *officinalis maritima* 851.
- Convallaria * *majalis* 583. 584.
 verticillata 813.
 * *Polygonatum* 812. 814.
 multiflora 811. ?
 bitolia 585. 586.
- Hyacinthus *bottaeoides* 508? †
- Acorus * *Calamus* 14.

- Juncus *conglomeratus* 535.
effusus 534.
filiformis N.
articulatus 442. 443.
bulbosus 444.
biflorus 446.
pilosus 460.
campestris 457. 461.
- Peplis *Portula* 47.
TRIGYNIA.
- Rumex *maritimus* 561.
crispus 556.
* *acutus* 554. 555.
aquaticus 559.
* *Acetosa* 9.
Acetosella 10. 11.
- Triglochin *palustre* N.
maritimum 445.
- POLYGYNIA.**
- Alisma *Plantago* v 807. 808.
natans B.
ranunculoides B.
- CL. VII. HEPTANDRIA.**
MONOGYNIA.
- Trientalis *europea* 861. 862.
- CL. VIII. OCTANDRIA.**
MONOGYNIA.
- Ephedra *angustifolium* 630.
hirsutum 622. 623.
montanum 625.
tetragonum 627. 628. t
palustre 629.
- Vaccinium * *Myrtillus* 1086.

- uliginosum* 1087. 1088.
* *Vitis idaea* 1090.
Oxycoccus 1090.
Erica *vulgaris* 284. 285.
cineraria 286. 287. t
Tetralix 288.
- Daphne * *Mezereum* B.
TRIGYNIA.
- Polygonum * *Bistorta* 113. t
amphibium 788. 833. 834.
* *Hydropiper* 785. 786.
Persicaria 783. 784.
* *avicularia* 815. 817.
Convolvulus 236.
- TETRAGYNIA.**
- Paris * *quadrifolia* 978. 980.
Adoxa *Moschatellina* 876.
Elatine *Hydropiper* N.
- CL. IX. ENNEANDRIA.**
HEXAGYNIA.
- Butomus *umbellatus* 533.
- CL. X. DECANDRIA.**
MONOGYNIA.
- Monotropa *Hypopithys* 736
Ledum * *palustre* B.
Andromeda *polifolia* 212.
Arbutus * *Uva ursi* 1089.
Pyrola * *rotundifolia* 859.
minor B.
Secunda 860.
- DIGYNIA.**
- Chrysosplenium *alternifolium* 941
Saxifraga * *granulata* 940.

- tridaetylites* 771.
Scleranthus annuus 818.
 perennis 819.
Saponaria officinalis 939. +
Dianthus Armeria 164.
 deltoides 165.
 plumarius 168. +
 arenarius 166.
 superbus 167.
 TRIGYNYIA.
Cucubalus baccifer 33. +
 Beben 614.
Silene nutans 615.
 Armeria 619. +
Stellaria nemorum 35.
 Holostea 171. 172.
 graminea 173.
 vatica 44. 49.
Arenaria peploides 50.
 serpyllifolia 43.
 rubra 992. 993.
 PENTAGYNYIA.
*Sedum * Telephium* 1000.
 album B.
 * *acre* 956.
 sexangulare N.
*Oxalis * Acetosella* 1010. 1011.
 corniculata 1012. +
Agrostemma Githago 613.
Lychais chalcedonica 607.
 Flos cuculi 169. 170.
 Viscaria 616-618.
 dioica 608-612.

- Cerastium vulgatum* N. *pubescens*,
 semidecandrum 36.
 arvense B.
 aquaticum 29. 37. 38.
Spergula arvensis 991.
 nodosa 51.
CL. XI. DODECANDRIA.
 MONOGYNIA.
*Afarum * europaeum* 83.
Lythrum Salicaria 631.
 DIGYNYIA.
*Agrimonia * Eupatoria.* 17.
 TRIGYNYIA.
Reseda Luteola 606.
Euphorbia Peplus 297.
 * *helioscopia* 296.
 DODECAGYNYIA
*Sempervivum * tectorum* 957
CL. XII. ICOSANDRIA.
 MONOGYNIA.
Prunus Padus 183.
 * *spinosa* 851.
 DIGYNYIA.
Crataegus Aria 987.
 * *Oxyacantha* 766.
 TRIGYNYIA.
*Sorbus * Aucuparia* 986.
 PENTAGYNYIA.
Mespilus Cotoneaster N.
*Pyrus * Malus* 637. 638.
*Spiraea * Filipendula* 309. 310.
 * *Ulmaria* 103. 104.

POLYGYNIA.

- Rosa *Eglanteria* 912.
 * *canina* 913.
 spinosissima 914.
 Rubus * *idæus* 921. 922.
 cæsius 920.
 fruticosus 919.
 saxatilis 194.
 * *Chamæmorus* 195.

Fragaria * *vesca* 328.

Potentilla * *Anserina* 845.
 rupestris 868.
 opaca 866. †.
 argentea 867.
 verna 865.
 * *reptans* 864.
 norvegica 1020.

Tormentilla * *erecta* 1008.

Geum * *urbanum* 159.
 rivale 160-163.

Comarum *palustre* 869.**CL. XIII. POLYANDRIA.****MONOGYNIA.**

- Actaea *spicata* 13.
 Chelidonium * *majus* 196.
 Glaucium 767. †.
 Papaver *Argemone* 78.
 * *Rhæas* 768.
 dubium 769.
 Nymphæa * *lutea* 731.
 alba 728.
 Tilia * *europæa*. 1007.
 Cistus *Helianthemum* 487.

TRIGYNIA.

- Delphinium *Confolida* 229-234.
 Aconitum *Napellus* 42.

PENTAGYNIA.

- Aquilegia *
- vulgaris*
- 76.

HEXAGYNIA.

- Stratiotes
- Aloides*
- 18.

POLYGYNIA.

- Anemone * *Hepatica* 1028-4032.
 * *vernalis* 858.
 * *Pulsatilla* 857.
 nemorosa 870, 871, 874.
 ranunculoides 872-873.

Thalictrum *minus* 1004.

- flavum* 1003.
aquilegifolium 1002.
simplex B.

Ranunculus * *Flammula* 890 891.

- reptans* 888.
Lingua 889.
amplexicaulis 887. †

* *Ficaria* 197.

- auricomus* B.
sceleratus 883.

bulbosus 879. 880.*repens* 878.*polyanthemos* N.*acris* 877. 884.*arvensis* 882.*bederaceus* 894. †*aquatilis* 893. 895. 665.

667.

Trollius *europaeus* 886.

Cal-

Caltha palustris 134. 135.

CL. XIV. DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

*Ajuga *pyramidalis* 227. 228.
reptans B. †.

*Teucrium*Scordium* 950

*Nepeta *Cataria* 655. 656.

*Betonica *officinalis* 109.

annua hirsuta 969. †

Mentha spicata viridis 651. 652†
aquatica 653.

**arvensis* 131.

**Pulegium* 853. †

*Glecoma*bederacea* 486 - 489.
arvensis 970.

*Lamium *album* 546.
purpureum 548. 550.
amplexicaule 551.

Galeopsis Ladanum 1099 - 1102.
Tetrahit 1097. 1098.

Galeobdolon 547.

Stachys sylvatica 552.
palustris 996.

Ballota nigra 640.

*Marrubium*vulgare* 641.

*Leonurus *Cardiaca* 639.

*Clinopodium*vulgare* 213.

*Origanum*vulgare* 758. 759.

*Thymus *Serpillum* 960 - 965.
Acinos 214.

Scutellaria galericulata 634.

*Prunella *vulgaris* 246 - 249.

ANGIOSPERMIA.

Rhinanthus Crista galli 773.

*Euphrasia*officinalis* 301 - 303.

Odontites 304. 305.

Melampyrum cristatum 647.

arvense 644.

nemorosum 645.

pratense 646.

Lathraea Squamaria 764.

Pedicularis palustris 778.

sylvatica 776. 777.

*Antirrhinum *Linaria* 588.

minus 70.

**Orontium* 69.

*Scrophularia*nodosa* 951.

aquatica 952. †.

Limosella aquatica B.

CL. XV. TETRADYNAMIA.

SILICULOSA.

Myagrum sativum 715.

paniculatum 716.

Draba verna 130.

Lepidium sativum B.

ruderale N.

Thlaspi arvense 1005.

campestre 1006.

**Bursa pastoris* 118. 119.

*Cochlearia *officinalis* 216.

danica 218.

grænlandica 217 ? f.

Coronopus 54. 726.

**Armoracia* 896.

Iberis nudicaulis 725.

Lunaria annua B.

SILI-

SILIQUOSA.

- Dentaria *bulbifera* 255.
 Cardamine *impatiens* 722.
 **pratensis* 720. 721.
 amara 724.
 Sisymbrium **Nasturtium* ~~vcum~~ 723.
sylvestre 291. f.
amphibium 896-898.
arenosum B. f.
**Sophia* 985.
 Erysimum **officinale* 295.
Barbarea 290.
**Alliaria* 20.
cheiranthoides 714.
 Hesperis *matronalis* 1082. 1083. f.
 Arabis *alpina* 260.
thaliana 131.
 Turrifex *glabra* 119.
birsuta 118.
 Brassica *campestris* 129.
 Sinapis *arvensis* 900.
nigra 971.
 Raphanus *Raphanistrum* 901.
 Bunias *Cakile* 292.
 Isatis *tinctoria* 528.
 Crambe *maritima* 117.

CL. XVI. MONADELPHIA.

DECANDRIA.

- Geranium *cicutarium* 399.
macrorhizon 397. f.
sylvaticum 392.
pratense 396.
palustre B. f.

robertianum 400.*dissectum* 395.*rotundifolium* 394.*sanguineum* 393.

POLYANDRIA.

Althaea **officinalis* 53. f.Malva *rotundifolia* 636.**sylvestris* 635.

Alcea 18.

CL. XVII. DIADELPHIA.

HEXANDRIA.

- Fumaria *bulbosa cava* 341. 342.
solida 343.
**officinalis* 340.

OCTANDRIA.

Polygala *vulgaris* 810.

DECANDRIA.

Spartium *Scoparium* 383.Genista **tinctoria* 384.*pilosa* 385.*germanica* 386. f.Ononis **spinosa* 66-68.Anthyllis *Vulneraria* 602.Pisum *maritimum* B.Orobus **vernus* 765.Lathyrus *Aphaca* 1065. f.*tuberosus* 571. f.*pratensis* 570.*sylvestris* 568.*latifolius* 569.Vicia *dumetorum* 1059. 1061.*sylvatica* 1062.

Cracca 1063.

sativa

- Sativa* 77.
lathyroides 1069.
septium B.
Ervum *birsutum* 1066.
tetraspermum 1067.
Coronilla varia B. †.
Ornithopus perpusillus 761. †.
Hedysarum Onobrychis 734. 735. †.
Astragalus glycyphylloides 402.
arenarius 404.
Trifolium Melilotus officinal. 648
hybridum B.
repens 1015.
pratense 1014.
arvense 1026.
montanum 1023.
spinosum 1027. †.
fragiferum B.
agrarium 1017.
medium 1022. 1024. †.
Lotus *maritima* 598.
corniculata 599. 600.
Medicago falcata 1021.
lupulina 1016.

CL. XVIII. POLYADELPHIA.

POLYANDRIA.

- Hypericum quadrangulum** 517.
perforatum 510.
humifusum 511.
birsutum 515.
pulchrum 511. †.

CL. XIX. SYNGENESIA.

- POLYGAMIA AEQUALIS.**
Tragopogon * *pratense* 1009.
Scorzonera * *humilis* 954.
purpurea 955. †.
Picris
Sonchus
arvensis N.
oleraceus 983. 984.
Lactuca
virola 543. †.
Prenanthes muralis 544.
Leontodon Taraxacum 253.
autumnale 499.
Hieracium * *Pilosella* 791.
Auricula 791.
præmorum 501.
murorum B.
sabaudum 502.
umbellatum 503.
Crepis
tectorum 204. 498. †
biennis 203.
Hyoseris *minima* 506.
Hypochaeris maculata 500.
Lapsana communis 552.
Cichorium * *Intybus* 198. 101.
Arctium * *Lappa* 562-566.
Serratula *tinctoria* 966. 967.
arvensis 157.
Carduus *lanceolatus* 152.
acanthoides 155.
crispus 154.
palustris 147.
mariannus 150. †.
beterophyllus 148.
acaulis 153.
Chicory *oleraceus* 146.
- Ono-

Onopordon *Acanthium* 151.
Carline *vulgaris* 215.
Bidens *tripartita* 144.
cernua 145.

Eupatorium *cannabinum* 299 300.

POLYGAMIA SUPERFLUA.

Tanacetum *vulgare* 998.

Artemisia *campestris* 1.
maritima 5.

**Absinthium* 2. 3.

**vulgaris* 79. 80.

cærulescens 4. †.

Gnaphalium **dioicum* 409 - 414.

luteo-album 997. ? †.

**arenarium* 491.

uliginosum 408.

sylvaticum 407.

Conyza *Squarroso* 219. (a) †.

Erigeron *acre* 223.

Tussilago **Farfara* 1037.

**Petasites* 789.

Senecio *vulgaris* 958.

viscosus 959.

Jacobæa 523.

paludosus 221.?

Aster *Triplolum* 1033 - 1035.

Solidago **Virga aurea* 1084.

Inula **Helenium* 490.

Oculus Christi 222. †.

britannica 90.

**dyserterica* 89.

Pulicaria 814.

Salicina 88.

Arnica **montana* 259.

Bellis **perennis* 105.

Chrysanthemum *Leucanthemum*

106.

segetum 107. 108.

Matricaria **Chamomilla* 188.

inodora 189.

- - - marit. 191. 192.

Anthemis *arvensis* 193.

**Cotula* 190.

Achillea **Ptarmica* 852.

**Millefolium* 659-662.

POLYGAMIA FRUSTRANEA.

Coreopsis *Bidens* B.

Verbesina minim. Dill.

Centaurea *phrygia* 520.

**Cyanus* 245. 246.

Scabiosa 518. 519.

Facea 521. 522.

POLYGAMIA NECESSARIA.

Othonna *palustris* 220.

Filago *pyramidalis* 405.

montana 406.

MONOGAMIA.

Jasione *montana* 905.

Viola *hirta* 1080.

palustris 1081.

**odorata* 1070.

64-

(a) an *Senecio squarrosum*? qui in inundatis, cum haec in siccis
semper habitat locis.

- canina* 1071. 1076.
tricolor 1088. 1089.
mirabilis 1072.
- Impatiens** * *noli tangere* 102.
- CL. XX. GYNANDRIA.**
- DIANDRIA.
- Orchis** *bifolia* 757.
 * *Murio* 747. 748.
mascula 745. 746.
militaris 742 - 744.
latifolia 749.
maculata 750.
conopsea 751.
- Satyrium** *viride* 752.
albidum 754.
- Ophrys** *Nidus avis* 741.
ovata 740.
Monorchis 755.
- Serapias** *Helleborine* 492. 493.
 495. 496.
- Cypripedium** *Calceolus* 494.
- POLYANDRIA.
- Arum** * *maculatum* 81.
- Calla** *palustris* 261.
- Zostera** *marina* 330.
- CL. XXI. MONOECIA.**
- MONANDRIAM
- Zanichellia** *palustris* 843.
- DIANDRIA.
- Lemna** *trisulca* 574.
minor B.
 * *polyrrhiza* 573.
- TRIANDRIA.
- Typha** *latifolia* 1038.
angustifolia 1039.
- Sparganium** *erectum* 988. 989.
natans 990.
- Carex** *teporina* N.
flava 462.
- Pseudo-Cyperus** 454.
acuta 450.
vesicaria 452.
- TETRANDRIA.**
- * *alba* 110. 111.
nana 112. ?
- Alnus* 26.
- Urtica** *urens* 1095. 1096.
 * *dioica* 1093. 1094.
- PENTANDRIA.**
- Xanthium** * *strumarium* 567.
- Amaranthus** *albus* 115. †.
- POLYANDRIA.
- Ceratophyllum** *demersum* 707.
- Myriophyllum** *spicatum* 669.
verticillatum 671.
- Sagittaria** *sagittifolia* 925. 926.
- Poterium** * *Sanguisorba* 793. †.
- Quercus** * *Robur* 863.
- Fagus* * *sylvatica* 306.
- Carpinus** *Betulus* 158.
- Corylus** * *Avellana* 241. 242.
- SYNGENESIA.
- Bryonia** * *alba* 122.
- CL. XXII. DIOECIA.**
- DIANDRIA.
- Salix** *fragilis* 929.

purpurea 928.
arenaria 932.
incubacea 935.
caprea 934.
viminalis 930.
cinerea 931.
**alba* 927.

TRIANDRIA.

Empetrum nigrum 189.

TETRANDRIA.

*Viscum * album* 1085.
Hippophaë Rhamnoides 908.
*Myrica * Gale* 910.
Cannabis sativa mas 143. †.

PENTANDRIA.

*Humulus * Lupulus* 604. 605.

OCTANDRIA.

Populus alba N.
tremula 829. 830.
**nigra* B.

ENNEANDRIA.

*Mercurialis * perennis ♀* 657. 658.
Hydrocharis Morsus ranae 729. 730.

MONADELPHIA.

*Juniperus * communis* 537.
Taxus baccata 999.

CL. XXIII. POLYGAMIA.

MONOECIA.

Holcus lanatus 420.
*Parietaria * officinalis* 770. †.
Atriplex portulacoides 482.
hortensis subr. 91.
laciniata 99.

patula 95. 98.
littoralis 100.
divaricata N.
Acer *Pseudo-Platanus* 6.
campestre 8.

DIOECIA.

*Fraxinus * excelsior* 329.

CL. XXIV. CRYPTOGAMIA.

FILICES.

Equisetum sylvaticum 277. 278.
** arvense* 274. 279. 280.
fluviale 275.
limosum 281.
hyemale 273. 283.

*Ophioglossum * vulgatum* 736-739.

*Osmunda * Lunaria* 603.

regalis 315.

Struthiopteris 316.

Spicant 597.

Pteris aquilina 312.

*Asplenium * Scalopendrium* 589.

** Ruta muraria* 924.

*Polypodium * vulgare* 821.

** Felix mas* 317.

Dryopteris 325.

MUSCI.

*Lycopodium * clavatum* 694.

alpinum B.

Sphagnum palustre 713.

Fontinalis antipyretica 326.

minor 327. †.

*Polytrichum * commune* 823. 824.

Mnium serpyllifolium punct. 827.

- - - *cuspid.* 818.

Bryum

<i>Bryum argenteum</i>	703.	<i>ceranoides</i>	338.
<i>Hypnum complanatum</i>	685.	<i>inflatus</i>	334.
<i>proliferum</i>	702.	<i>nodosus</i>	337.
ALGÆ.		<i>siliquosus</i>	336.
<i>Marchantia polymorpha</i>	575-578.	<i>saccharinus</i>	332.?
<i>Lichen parietinus</i>	684.	<i>fastigiatus</i>	339.
<i>*pulmonarius</i>	580. 581.	<i>Filum</i>	331.
<i>caperatus</i>	701. f.	<i>Lactuca</i>	712.
<i>*caninus</i>	700.	<i>Conferva reticulata</i>	706.
<i>pyxidatus</i>	692.	<i>Ægagropila</i>	B.
<i>*rangiferinus sylvaticus</i>	691.	FUNGI.	
<i>birtus</i>	682.	<i>Agaricus Chantarellus</i>	363.
<i>floridus</i>	681.	<i>muscarius</i>	364.
<i>Chara vulgaris</i>	282.	<i>Georgii</i>	344.
<i>Tremella Nostoc</i>	N.	<i>Phallus impudicus</i>	365.
<i>*Auricula</i>	N.	<i>Peziza lentifera</i>	374.
<i>Fucus ferratus</i>	335.	<i>Lycoperdon *Bovista</i>	369.
<i>vesiculosus</i>	336.		



Plantæ DUBIÆ *Viridarii Kyllingiani.*

№ 7. 38. 41. 52. 121. 149. 156. 176. 207. 254. 258. 308.
 313. 314. 318-324. 332. 345-362. 366-368. 370. 373. 375. 377.
 387. 398. 403. 424. 441. 449. 451. 453. 456. 459. 463. 469.
 478. 504. 505. 513. 514. 516. 524. 527. 535. 536. 539. 560.
 572. 579. 601. 615. 626. 632. 633. 650. 654. 668. 679. 680.
 683. 688. 690. 693. 696. 699. 704. 605. 709-711. 753. 756.
 762. 774. 775. 787. 796. 802. 806. 822. 840. 841. 850. 875.
 881. 892. 899. 904. 915. 933. 953. 1018. 1025. 1064. 1068
 1073. 1075. 1077.

THE-

THESES.

I. Cuique Regioni tot vegetabilia, quot ad morbos ejusdem endemios debellandos sufficient, Benignum concessisse Numen, nullus dubito.

II. E regno vegetabili naturæ animalium maxime analogæ ac utilissima promuntur tam Alimenta quam Medicamenta.

III. Vires vegetabilium medica nondum cognitæ ex Ordine naturali, Odore, & Sapore potissimum innescunt.

IV. Omnia, etiam minutissima, tam vegetabilia quam animalia certum in finem ab initio mundi condita esse, in propatulo est.

V. Historica rerum naturalium cognitio, pluribus licet inutiles videatur, Medico tamen ac Oeconomō perquam necessaria est.

VI. Botanices, Zoologiæ & Mineralogiae tam arctus est nexus, ut perfecta unius harum cognitione imbutus nemo dicatur, qui altera destituitur.

VII. Qui vegetabiles Patriæ gazas debitos in usus vertere cupit, ei non sufficit simplex plantarum cognitio theoretica, sed necesse est, perspectam sibi reddit plantarum naturam, quoad Clima, Solum, Terram, Gemmationem, Frondescentiam, Efflorescentiam, Vigilias, Somnum, Fructescentiam, Defoliationem, Durationem, Culturam, Morbos, Insecta, Qualitates, Vires & Usus.

VIII. Medicamenta simplicia ut efficacia certiora, ita sunt semper compositis preferenda.

IX. Medicaminum et compositorum vires potius effectu quam ratiocinio cognoscuntur.



X. Botanicas et mineralogicas